



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

**Luxemburgi, 1748**

CXL. Ut omnes Conventus Provinciarum Peruntinæ, & Chilen. Ordinis  
Fratrum Eremitarum S. Augustini in possessionem privilegiorum, in qua  
usque modo fuerunt, deinceps absque ulla alteratione ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](#)

# BULLARIUM ROMANUM.

TOMUS DECIMUS - QUINTUS,

S I V E

CONTINUATIONIS PARS NONA.

## CLEMENTIS XII. PONTIFICIS CCL.

ANNO V. & CHRISTI MDCCXXXIV.

ANNO  
1734.

CLEMENS XII. quem in Romanum Pontificem electum diximus die 12. Julii 1730. quindecim peractis Promotionibus trigintaquinque creavit Cardinales. Sedit in Pontificatu Ann. IX. Menses VI. Dies XXIV. Obiit vero die 6. Februarii 1740. Cujus corpus primum ad S. Petrum delatum postea in Lateranensi Basilica tumulatum est in Monumento, quod sibi vivens extruxerat. Vacavit Sedes Menses VI. Dies XI.

ANNO  
1734.

CXL.

Ut omnes Conventus Provinciarum Peruntinæ, & Chilen. Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini in possessionem privilegiorum in qua usque modo fuerunt, deinceps absque ulla alteratione permaneant, etiam si octo Religiosos de familia non habeant, non obstantibus Literis Pauli V. quibus hujusmodi Domos supremi jubebatur.

rum Christifidelium assistentia, ac instructione erectis, qui solum, ex tribus Provinciis supra relatis, sunt in Provincia Perutina eorumdem Ordinum, predicti vero Conventus ut plurimum sunt pauperissimi, & consequenter nec habent, nec alere possunt nisi dumtaxat sex, quinque, quartuor, aut tres Religiosos de familia, cum quibus & spiritualibus Fidelium hujusmodi indigenitis abunde providetur, & disciplina Regularis sequela, quoad posse, conservatur, quibus de causis, tam ex Constitutionibus, seu Statutis Ordinis, Apostolica confirmatione roboratis, quam ex inconcussa, in veterataque dictarum Provinciarum praxi, omnibus domorum, seu Conventuum Regularium usque modo privilegiis, eorumque Piores, seu Pralati canonice electi voce activa in Capitulis Provincialibus, eorumque electionibus gaudebant.

¶ 2. Anno autem MDCXI. die 21. Septembris a fel. rec. Paulo PP. V. Praedecessore nostro quadam Literæ in simili forma Brevis expedite emanarunt, per quas statuebatur, quod Conventus Provinciarum Americæ, qui numerum saltem octo Religiosorum alere non possunt, supprimetur, & Religiosi in illis residentes ad alios Conventus, ubi Regularis vigeret observantia, transferrentur; committendo earum executionem arbitrio Episcoporum illarum Partium, si ipsis pro Divini cultus argumento, & regularis disciplina observantia expedire videbatur, eorum super hoc conscientiam onerando.

¶ 3. Sed nunquam usque modo relatæ literæ a dictis Episcopis executioni mandatae fuerunt, imo retroactis annis tunc existens Archiepiscopus Sanctæ Fidei novi Regni Granatensis, tunc etiam existentibus S. R. E. Cardinalibus Con-

Paulus vero  
V. iussit eos  
supprimi  
Conventus,  
in quibus  
octo saltem  
Religiosi ali  
non possint,  
mandati hu  
ius executionem  
Episcopis commit  
tens.

Sed quam  
vis ut supra  
iussis factum  
nunquam  
fuerit satis ex  
mente quo  
que Episco  
pis commit  
tens.



Conventus  
Ord. Predic  
atorum, &  
Eremitarum  
S. Augustini  
in Provinciis  
Peruntinæ. &  
Chilen. in  
America,  
quamvis tres  
duntaxat Rel  
igiosos de  
familia ale  
rent, frue  
bantur Pri  
vilegiis cete  
tarum Do  
morum Re  
gularium.

XPONI Nobis nu  
per fecerunt dilecti  
filii Bernardus Da  
vila Frater expre  
sse Professus Ordini  
nis Predicatorum  
in Sacra Theologia  
Magister, & pro sua  
Peruntina Provin  
cia Procurator, &  
Didacus Salinas & Cabrera Frater pariter expre  
sse Professus Ordinis Eremitarum S. Augustini,  
in eadem Sacra Theologia Magister, Assistens  
Generalis Hispaniarum, ac pro Peruntina & Chil  
ensi Provinciis itidem Procurator, quod in va  
stissimis America Meridionalis Regionibus dictæ  
Provinciæ, plures reperiuntur Regulares Con  
ventus fundati, vel in locis a Civitatibus valde  
remotis, vel in Oppidis parvis, & miserrimis,  
qui non alio fine illis sunt fundati, quam ut  
Spirituali Christifidelium ibidem commorantem  
utilitati inserviant: idem etiam accidit in aliis  
Conventibus, qui dicuntur Prioratus pro Indo-

Bullarii Romani, Contin. Pars IX.

A

gregationis

1734.  
porum, qui  
ea dixerunt  
non exequenda;  
nonnulli  
tamen ad pri-  
vandos illa-  
rum Domini-  
orum Prioris  
a voce activa  
in Capit.  
Provinciali-  
bus eadem  
exequi vel-  
lent.

Pontifex  
illis Conven-  
tibus antiqua  
jura, & Pri-  
vilegia con-  
firmat.

Hasce lite-  
ras perpetuo  
valituras fir-  
mat.

gregationis negotiis, & Consultationibus Epi-  
scoporum, & Regularium praeposita, per pec-  
cunias literas ipsas directas, retulit impossibile  
proposuisse fore ad earum executionem devenire, &  
certe per centum viginti duos annos eam haud  
omisssilient, si dictas literas aut reducendas ad  
proximam, vel convenientes illis judicassent, quum  
ipsis tam serio, & sub conscientia gravamine ea-  
rumdem executio fuisse demandata. Porro post  
centum fere annos a predicatorum literarum ex-  
peditione, in una, aut alia Provincia aliqui par-  
ticulares Religiosi (personarum exterarum fulti  
patrocinio) ob personales vitiosque fines ea-  
rum executionem demandarunt, non quoad Con-  
ventuum suppressionem, aut quoad alios effectus  
in eisdem literis contentos, sed solum quoad fi-  
nem excludendi a Suffragio activo in Capitulo Pro-  
vinciali, ejusque electionibus Prioris, seu Prae-  
latos Conventuum, octo Religiosos de familia  
non habentium, illosque de facto sepius exclu-  
serunt maximo cum scandalo, & pacis Regu-  
laris jactura, ut frequenti experientia comper-  
tum est, ex ejusmodi literarum executione inge-  
nientia ferme pullulare damna, cum illarum ob-  
servantia demandetur, solum quoad Vocalium  
exclusionem, & hoc ipsomet tempore celebra-  
tionis Capituli, aut immediate ante, nimis mirum  
quando pretendentes agnoscent se votum fe-  
rentibus, vel non ferentibus dictis Prioribus,  
posse includi vel excludi, consequenterque so-  
lum tendat ad turbandum Provincialium pacem,  
& ad foventas continuas inter Religiosos disfor-  
dias, vel ad validandam, vel annullandam ad  
proprium natum, & libitum electionem, ut me-  
moratus Sanctae Fidei Archiepiscopus eidem Con-  
gregationi Cardinalium retulit, & ex hoc sequitur,  
quod predicatorum literarum executio modo  
dicto, plus damni, quam utilitatis dictis Provin-  
cialis aferat; & si, quoad suppressionem Conven-  
tuum, in usum adducatur, in maximam dictorum  
Fidelium perniciem redundaret.

§. 4. Cum autem, sicut eadem expositio sub-  
jungebat, ipsi exponentes, quo fraudibus, ma-  
litiosque via præcludatur, & Conventuum indem-  
nitati, & Capitulorum, Religiosorumque quieti  
confulatur, opportune in præmissa Nobis pro-  
videri, & ut infra indulgeri summopere deside-  
rent. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus,  
& gratiis prosequi volentes, & eorum singulares  
personas a quibusvis excommunicationis, suspen-  
sionis, & interdicti, aliisque Ecclesiastica Senten-  
tiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine  
quavis occasione, vel causa latere, si quibus quo-  
modolibet innodate existunt, ad effectum præ-  
sentium dumtaxat consequendum harum serie ab-  
solventes, & absolutas fore censentes, supplica-  
tionibus eorum nomine Nobis super hoc humili-  
ter porreciis inclinati. Ut omnes supradicti Con-  
ventus in possessionem privilegiorum, in qua us-  
que modo fuerunt, deinceps absque ulla altera-  
tione permaneant, etiam si octo Religiosos de  
familia non habent, aut possint alere, eorumque  
Prioris, seu Praelati legitime electi, voce  
activa in Capitulis Provincialibus, aliisque elec-  
tionibus sicut antea potiuntur, & gaudeant, &  
eodem prorsus modo Prioris Conventuum In-  
dorum, auctoritate Apostolica, tenore præsen-  
tium, indulgemus.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas fir-  
mas, validas, & efficaces existere, & fore, suos  
que plenarios, & integras effectus fortiri, &  
obtinere, & illis ad quos spectat, & pro tem-  
pore spectabit in omnibus, & per omnia ple-  
nissime suffragari, & ab eis respective inviola-  
biliter observari. Sicque in præmissis, per  
quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos,  
etiam caufatum Palatii Apostolici Auditores ju-  
dicari, & definiri debere, ac irritum, & ina-  
ne, si fecus super his a quoquam quavis au-

toritate scienter, vel ignoranter contigerit at-  
tentari.

§. 6. Non obstantibus præfati Pauli, &  
aliis Romanorum Pontificum Prædecessorum No-  
strorum literis, per quas determinatus numerus  
Religiosorum in Monasteriis præfinitur,  
aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus  
Apostolicis, necnon Provincialium, Ordinum,  
& Conventuum hujusmodi etiam juramento,  
confirmatione Apostolica, vel quavis alia fir-  
mitate roboratis statutis, & consuetudinibus,  
privilegiis quoque indultis, & literis Apostoli-  
cis in contrarium præmissorum quomodolibet  
concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus  
omnibus, & singulis illorum tenores, præ-  
sentibus pro plene, & sufficienter expressis,  
& de verbo ad verbum inferitis habentes, illis  
alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum  
effectum hac vice dumtaxat specialiter, &  
expresse derogamus, ceterisque contrariais qui-  
buscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem Lite-  
rarum transumptis, seu exemplis etiam impre-  
fis, manu alicuius Notarii publici subscriptis,  
& Sigillo persone in Ecclesiastica Dignitate con-  
stituta nunits, eadem prorsus fides adhibeatur,  
qua ipsi præsentibus adhiberetur, si forent  
exhibitæ, vel ostenta.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem  
sub annulo Piscatoris die 19. Julii MDCCXXXIV.  
Pontificatus Nostri Anno V.

F. Card. Oliverius.

Transumptis  
fidem adicit.

\* Dat. die 19.  
Julii 1734.  
An. V.

CXLII.

Septuaginta quinque ducatos qui post obitum  
singulorum Cardinalium Officialibus, & Mi-  
nistris Sacri S. R. E. Cardinalium Collegii  
per Hæredes defuncti juxta Pauli V. Constitu-  
tionem solvendi erant, deinceps a singulis  
Cardinalibus in sua ad Cardinalatum promo-  
tione solvi præcipit.

### CLEMENS PP. XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

A Lias fel. rec. Paulus PP. V. Prædecessor noster  
considerans assiduos labores, quos Officia-  
les, seu Ministri Sacri S. R. E. Cardinalium Col-  
legii in rebus, & negotiis ejusdem Sacri Colle-  
gii procurandis sustinebant, per quasdam suas  
in simili forma Brevis die 3. Januarii 1619, ex-  
peditas literas, Motu suo proprio, ac ex certa  
scientia, Secretario, Clerico, & Computista ip-  
sius Sacri Collegii septuaginta quinque Ducatos  
auri de Camera, nimis vigintiquinque pro  
quolibet eorum a singulis Cardinalibus in pro-  
motione ad Cardinalatus honorem, ac totidem  
post obitum singulorum Cardinalium, etiam si  
ad Cardinalatus dignitatem promoti Romam  
nondum venissent, & five illos in Romana Cu-  
ria, vel extra eam, & ubique decedere contin-  
geret, in supplementum mercedis ordinariae eo-  
rumdem Officialium, five Ministrorum deberi,  
illisque conjunctim per pro tempore existentes  
Cardinales prædictos, seu eorum Agentes, &  
Hæredes respectice, absque mora solvi, & eis  
confignari debere, sine tamen præjudicio quo-  
rumcumque iurium Camera Apostolicae quomo-  
dolibet debitorum, ac solvendorum, au-  
toritate Apostolica perpetuo statuit, & ordinavit,  
prout in Pauli Prædecessoris literis præfatis,  
quarum tenore præsentibus pro plene, & suffi-  
cienter expresso, & inserito haberi volumus,  
uberius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut accepimus, sep-  
tuaginta quinque Ductorum aurum hujusmodi ei-  
dem Officialibus, seu Ministris post obitum Car-  
dinalium,

Paulus V.  
Ministris Sac-  
Collegii solvi  
juxta a Cardi-  
nalibus in die  
promotionis  
75. Ducatos,  
totidemque  
post mortem.

Sed cum  
exactio dd.  
75. Ducat.  
post mortem